Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



IOB

11

mones uros rendebo illi. Extimuerit
nec rederunt ultra: abstulerunt eos
ad se eloquia. Quo ergo expectam. Non
sunt loqui. Cesserunt nec responderunt ulte-
rius. Rendebo ego pro me: ostendam
sua: mea. Plenus enim sum sermo-
ibus: coartat me spiritus uteri mei. En venter
meus sicut mustum absque spiraculo: qui
lagunculas nouas dirumpit. Loquar
et respirabo paululum: aperiam labia
et rendebo. Non accipiam personam uiri:
nec deprecabor hominem. Nesciebam enim
quam diu subsistam: si potest modicum
tollat me factor meus. Capitulum. xxxiij.

Verumtamen audi iob eloquia mea: et omnes
sermones meos audite. Ecce
aperui os meum: loquutus sum lingua
mea in faucibus meis. Simplici corde
meo sermones mei: et sententiam labia mea
pura loquentur. Spiritus dei fecit me: et spi-
raculum omnipotentis uiuificauit me.
Si potes rendere mihi: et adiunge faciem
meam adiuge. Ecce et me sicut te fecit
deus: et de eodem luto ego quoque formatus
sum. Ueruntamen miraculum meum non te
terret: et eloquentia mea non sit tibi gra-
uis. Dixisti ergo in auribus meis: et ho-
cem uerborum audiui. Mundus sum ego
et absque delicto: immaculatus et non est
iniquitas in me. Quia querelas in me reperit:
ideo arbitratus est me inimicum
sibi. Posuit in nerbo pedes meos: custo-
diuit omnes semitas meas. Hoc
ergo in quo non es iustificatus. Rendebo
tibi quia maior sit deus homine. Adu-
versus eum contendis: quia non ad omnia uerba
rendit tibi. Semel loquitur deus: et
secundo idipsum non repetit. In somnium
uisione nocturna cum uenit sopor
super homines et dormiunt in lectulo:
tunc aperit aures uirorum et erudiens eos
instruit disciplina: ut auertat hominem
a bono quod fecit et liberet eum a superba.

Eruens animam eius a corruptione: et ui-
tam illius ut non transeat in gladi-
um. Increpat quoque per dolorem in lec-
tulo: et omnia ossa eius marcescere fa-
cit. Abhominabilis fit ei in uita sua
panis: et anime illius cibus amare desi-
derabilis. Tabesce caro eius: et ossa cui
tecta fuerant nudabuntur. Appropinquab
corruptioni anima eius: et uita illius
mortiferis. Si fuerit pro eo angelus loquens
unus de millibus: ut annuntiet hominis
equitatem: miserebitur eius. et dicet. Liba
eum ut non descendat in corruptionem:
inuenit unde ei propitiet. Consumpta
est caro eius suppliciis: redeat ad di-
es adolescentie sue: deprecabitur deum. et pla-
cabilis ei erit. Et videbit faciem eius
in iubilo: et reddet homini iustitiam suam.
Respiciet homines et dicet. Peccaui.
et uere deliquui: et eram dignus non
recepi. Liberauit eum animam suam ne
pergeret in interitum: sed uiuens lucem
uideret. Ecce hec omnia operatur deus
tribus uicibus per singulos: ut reuocet am-
mas eorum a corruptione: et illuminet
in lumine uiuentium. Attende iob: et
audi me: et tace dum ego loquor. Si
autem habes quid loquaris: rende mihi.
Loquere: uolo enim te apparere iustum.
Sed si non habes audi me: tace: et doce-
bo te sapientiam. Capitulum. xxxiiij.

Pronuncians quoque helihu et ait:
hec loquutus est. Audite sapi-
entes uerba mea: et eruditi au-
scultate me. Auris enim uerba probat:
et guttur escas gustu diuudicat. In
diuinum eligamus nobis: et inter nos
uideamus quid sit melius. Quia
dixit iob iustus sum: et deus subuertit
iudicium meum. In iudicando enim
mendacium est: et uiolenta est sagitta
mea absque ullo peccato. Numquid est uir
ut est iob qui bibit subsannationem